Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Passionale sanctorum - Cod. Aug. perg. 32

[S.l.], [9. Jahrh.]

Passio sancti Theodori martyris mense die VIIII

urn:nbn:de:bsz:31-65346

Visual Library

& transiuit ad dnm. Isti autem martyres passi sunt pro nomine dni sub die sexto idus nouembris. In ipsis autem diebus ambulauit diocletianus inde ad sirmeum. & post dies quadraginta duos quidam nichodemus xpianus leuauit loculos cum corporib; & posuit in domo sua. Recedens uero diocletianus & sirmio post menses undecim ingressus est romā. & statim iussit in thermis traianis templum asclepii aedificare. & in eo simulacrum fieri & lapide proconisso. Quod cum factum fuisset praecepit ut omnes curatores in eodem templo in prego mas gne as cum caracteribus insigi. ut omnes milites uenientes ad simulacrum asclepii sacrificiis seu ad turificandum compellerentur. Maxime autem urbane prefecture milites. Cumque omnibus traditum est ad sacrificia compellerentur. quattuor quidem corniculari quorum nomina haec sunt. seuerus. seuerianus. carpoforus & uictorinus. Hi compellebantur ad sacrificandum. sed ipsi reluctantes. nec omnino consensum impiis praebentes. nuntiatum est diocliciano imperatori. quos ilico iussit ut ante ipsum simulacrum ictibus plumbatarum caesi deficerent. Qui cum diu caederentur emiserunt spm. Quorum corpora iussit in platea canibus iactari. que etiam corpora iacuerunt ibi diebus quinque. Tunc beatus sebastianus uenit noctu cum melchiade epo & collegit corpora & sepeliuit in uia lauicana miliario ab urbe roma tertio cum aliis sanctis in arenario. Quod factum est eodem tempore sed post duos annos euenisse. Licet sexto idus nouembris & nomina eorum repperiri minime potuissent. iussit beatus melchiades eps ut sub nomina scorum. claudii. nicostrati. simproniani. castorii & simplicii. anniuersaria recolatur dies eorum. Regnante dno & saluatore nostro ihu xpo. cui est honor & gloria in secula seculorum amen.

Explicit passio scorum martyrum

INCIPIT · PASSIO · SCI · THEODORI · MAR · MENSE · NOV · DIE · VIIII ·

Temporibus suis maximianus & maximinus imperatores. miserunt per omnem terram regni sui edictum. aduersus omnes ueri xpi religionis cultores. ut gustantes de immolaticiis abs. possent euadere tormenta & uiuere. Contradicentes uero iudicibus tradi. & multis diuersisque suppliciis affligi. Eo autem tempore tentus est theodorus. & simul cum eo alii multi tirones ad militandum. & adductus est in legione quae dicitur marmaritanorum. sub praeposito brinca. Quae legio consistebat in ciuitate amasię prouinciae elesponti. ubi etiam secundum edictum imperatorum compellebantur uniuersi ad immolandum idolis. His contradicens beatus theodorus. adductus est ad brincam praepositum. Cui brincas ait. Utquid non obtemperas praeceptis imperatorum. & immolas diis immortalibus. Beatus uero theodorus tumer at fidelis dō plenusque spū sco. stans in medio legionis dixit. Quia ego xpianus sum. & immolare rebus simulacris praeceptum non accepi. habeo enim regem meum xpm in caelis. Brinca praepositus dixit. Accipe arma tua theodore & militum. & adquiesce sacrificare diis immortalibus. & obtempera inuictissimis imperatoribus. Respondens autem scs theodorus dixit. Ego milito meo imperatori. & alii militare non possum. Brinca praepositus dixit. & hi omnes circum stantes xpiani sunt & militant. Theodorus dixit. Unusquisque nouit quomodo militat. Ego autem milito dno meo & regi caelesti dō & filio eius unigenito ihu xpo. Possidonius ducinarius dixit. Ergo deus tuus filium habet. Scs theodorus dixit. Etiam habet filium qui est uerbum ueritatis. per quem omnia facta sunt. Dixit autem ad eum praepositus. Possumus eum cognoscere? Scs theodorus dixit. Uellem sic daret uobis talem intellectum. ut eum cognosceretis. Possidonius ducinarius dixit. & si agnouerimus eum. numquid possumus derelinquere imperatorem terrenum & ad eum accedere? Scs theodorus dixit. Nihil est quod uobis impediat ut derelinquentes tenebras. & fiduciam quam ad modicum habentes apud temporale

& terrenum atq; mortalem uestrum imperatorem.
Accedatis ad dm̄ uiuum & regem aeternum atq; celes
tem. ut ipsi efficiamini milites sicut & ego; Brincas
prepositus dixit; Demus ei inducias paucis diebus
ut semetipsum ammoneat. & conuertatur ad id qd
expedit. Cumq; accepisset dilationem beatus
theodorus permanebat in oratione; Illi uero sol
liciti etiam de illis xpianis. circuibant ciuitatem.
ut quoscumq; inuenissent xp̄o credentes traherent.
Cumq; conprehendissent aliquos adducebant
eos in carcerem. Beatus uero theodorus sedens
cum eis docebat eos uiam salutis ac perseuerantie
dicens. Nolite hec tormenta pertimescere que ad
modicum uobis inferuntur. ut abnegetis regem ce
lestem & dnm ihm xpm. Cumq; hec & his similia
beatus theodorus diceret ad eos qui reclusi erant tempo
re oportuno. Reperto templo matris deorum. noctu
ingressus. ponensq; ignem succendit eum; Uisus aut
ab aliquo accusatus est. Cronides uero tabularius.
cum cognouisset hoc factum. metu perterritus.
comprehendit beatum theodorum & optulit eum
populo presidi dicens. Hic pestis nuper electus
tyro. qui etiam aduenit in ciuitatem nostram.
& templum antiquitatis deorum matris igne suc
cendit. deosq; nostros iniuriauit; quem ita conpre
hendens obtuli tue magnitudini ut secundum
precepta inuictissimorum imperatorum. poe
nas exsoluer& debitas quibus in deos nros audacter
ingessit; Iudex autem cum audiss& accersitum
brincam prepositum. ait ad eum; Tu ei dedisti in
ducias. ut deorum nostrorum templum matris suc
cender&. qui respondens dixit; Ego sepius eū
attestatus sum. dans ei dilationem. ut secum per
tractans consentiat nobis & inmolet diis inmorta
libus libamina; Si uero hoc fecit. tu eum sis iu
dex. tamquam incontemptorem deorum. refutato
remq; precepta inuictissimorum nostrorum exerce.
secundū datam tibi potestatem; Sedens ergo pre
ses pro tribunali. iussit adduci sibi beatū theodorū;
Cumq; adductus fuiss&. dixit ei preses. Uel quid
prout sacrificares deę nostrę. ut turificares liba

menq; eis offerres. ignem & incendium obtulisti ei.
Beatus theodorus dixit; Quod feci non abnego; igne
namq; eam incendi; Talis autem est dea ura & poten
tia eius. ut ignis eam tangat & inflamm& eam.
Ego enim lignū succendi. ut lapidem comburerem;
Tunc furore repletus preses. iussit cedi eum dicens;
Multa mihi uerba noli respondere. expectant te
enim tormenta durissima. ut te faciant obtem pe
rare preceptis imperatorum. Beatus theodorus
dixit; Neq; tibi adquiesco. neq; poenas tuas perti
mesco. etiam si ualde sint terribiles; fac ergo quod
uis; Me enim expectatio bonorum inuitat. ut
confidam propter spem que mihi reposita est. & co
ronam quam mihi dns meus ihs xps preparauit;
Iudex dixit; Sacrifica diis. & eruere ab his tormen
tis que tibi parata sunt; Scs theodorus dixit;
Non mihi sunt tormenta hec que a te inferuntur
terribilia. dns enim & rex meus ihs xps ante fa
ciem meum adsistet. qui me eruet de suppliciis.
quem tu non uides. eo quod oculis cordis tui non
uides. Indignatus est ergo iudex. sic fremens ut
leo. iussit eum mitti in carcerem. & signari hosti
um carceris. atq; ibidem eum dimitti. ut fame
moreretur. Beatus uero theodorus a scō spū
nutriebatur; In eadem autem nocte. apparuit ei
dns dicens. Confidens esto serue meus theodo
re. quia ego sum tecum; Ne ergo accipias escam
aut potum ab hominibus istis; est enim tibi alimen
tum incorruptum in celis; & hec dicens. reces
sit ab eo. & cum ascendiss& ab eo. cepit beatus
theodorus exultare & psallere dō; Erat autem
populus multus audiens eum. Hec ergo cum
audissent custodes carceris. & uiderint hostium
clausum. & signaculum sanum. Aspiciebant
p fenestram. & uidentes populum multum uestib;
albis amictum. & psallentem simul cum scō theo
doro. metuentes abierunt. & hec nuntiauerunt
iudici. Cumq; hec audiss& iudex. surgens
cum festinatione cucurrit. & uenit ad hostium
carceris. & uidit carcerem quidem clausum.
& uoces psallentium cum beato theodoro.

Audiens hec preses. iussit milites armari. car
cerem in circuitu custodirent desoris. suspicans
aliquos xpianorum esse intus cum beato theodoro.
& aperiens & ingressus intus. neminem inuenit.
nisi solum seruum di theodorum. in ligno detru
sum. & apprehendit eum tremor magnus. & eos qui
cum ipso erant. & exeuntes cum stupore. recludentesq;
carcerem. rursum recesserunt; Tunc iussit preses
dari beato theodoro. unciam panis. & poculum
aque diurnum; fidelis autem martyr xpi. secdm
quod scriptum est. qui iustus ex fide uiuit. ita faci
ebat. nec quicquam cibi accipiebat ab illis. sed tantum
in semetipso dicebat; Me meus dns & rex enutrit xps;
Mane facto. iussit preses adduci beatum theodorum
& dixit ei; Adquiesce mihi theodore absq; tormen
tis. & sacrifica diis. ut in celeritate scribam orbis
terrarum dominis imperatoribus. pontificem theo
dorum. & honores ab eis non minimos accipere.
& consensor noster eris; beatus uero theodorus
aspiciens in celum. & consignans se dixit ad presi
dem; Etiam si carnes meas igne cremaueris. & sup
pliciis uariis expendas. & gladio me tradas. donec
fuerit sps in naribus meis. non denegabo dnm meum;
Preses autem hec audiens. & simul cum preposito
consilio accepto. iussit questionariis ut eum in
ligno suspenderent. & ungulis ferreis latera eius
raderent; Qui in tantum eum raserunt. ut etiam
coste eius nudarentur; Beatus autem theodorus.
nihil respondit presidi. sed psallebat dicens;
Benedicam dnm in omni tempore. semp laus eius in
ore meo; Stupens autem preses. sup tantam beati
martyris tolerantiam. ait ad eum; Non erubescis
miserabilior omnium hominum. qui a speras in homi
nem qui dicitur xps. & hunc male peremptum. ita
temetipsum irracionabiliter talibus penis tradis.
atq; tormentis. scs uero martyr dixit; Hec con
fusio mihi. & omnibus qui inuocant nomen dni mei
ihu xpi; Exclamantibus autem turbis tollere eu
eo quod diu dissipatu[...]x; Tunc preses per prę
conem interrogabat eum dicens; Uis sacrificare.
an adhuc a me amplius torqueri; Respondit autē
beatus theodorus. cum fiducia dicens presidi; O im
pissime. & omni iniquitate repletus. fili diabuli.
& uere dignus operatione satane. non times dnm qui
hanc tibi donauit potestatem. per quem reges regnant.
& tyranni optinent terram. sed compellis me dereln
quere dnm uiuum. & adorare lapides qui sine anima st.
Tunc iudex cum multo tractatu. dictat ad scm martyrem.
Quid uis nobiscum esse. aut cum xpo tuo. Cui scs
martyr. cum gaudio magno respondit; Cum xpo meo
& fui. & sum. & ero; Uidens autem preses. quia non
posset per tormenta superare sci martyris tolerantiam.
dedit aduersus eum sententiam dicens; Theodoru
non obtemperantem. preceptis inuictissimorum impe
ratorum potentiaeq; deorum. Credentē uero in
xpm ihm qui crucifixus est sub pontio pilato. quē
admodum audeis audio iubeo igni tradi; Statim
autem ut dictauit sententiam. simul cum uerbo &
iussio perficiebatur; Questionarii uero continuo con
gregantes de negociatoribus & balneatoribus ligna.
adduxerunt eum ad preparatum locum. Cum
autem ignis accensus fuisset. deponens uesti
menta sua. soluensq; balteum. uolebat etiam
excalciare se. & quia unusquisq; fidelium festi
nabat. quis prior sudorem eius tangeret; Nam
ante passionem eius omnes accedentes tangebant
eum; Statim autem apposuerunt ei cuncta ad ig
nem congregata fuerant necessaria. Uolentibus
autem eis lo[...] eum martyrem configere. dixit
eis; Sinite me sic; Qui enim dedit mihi toleran
tiam in suppliciis. prestabit ut ignis imperium
intactus sustineam; Illi enim eum non con
fixerunt. sed tantum modo adligantes dimi
serunt. At uero beatus martyr. signaculo
crucis. uerbis semetipsum consignans. manibus
post tergum ligatus. tamquam aries electus de
magno grege ad holocaustum do acceptum. ac
preparatum. aspiciens in celum ait. Dne ds
omps. pater benedicti pueri tui ihu xpi. quem
tui agnitione accepimus. ds uirtutum. & omnis
creature. omnisq; generationis iustorum in uiuenti[...]
coram te. benedico te quia dignum me fecisti

hore huius atque diei. ut accipiam partem cum
suis martiribus in salvatore xpo. in resurrectione
& uitam aeternam. anime corporisque in incor
ruptione sps sci. in quibus suscipiat in conspectu
tuo hodie sacrifitium pingue acceptabilemque.
quem ad modum preparasti & per manum fecisti
& certum me fecisti sine mendatio. Tu enim
es uerus ds. idcirco laudo te per dnm nrm ihm
xpm. dilectum puerum tuum. rogans ac depre
cans. Da dne & his qui mecum detenti sunt.
ad hanc peruenire palmam. & intuens ocu
lis suis. uidit in turba stantem & lacrimantem
cleonicum qui cum eo adductus fuerat tyro &
clamans dixit. Cleonice expectore festi
na sequi me. In uita enim hac corruptibili
non nos dereliquimus alter alterum. & in uita
celesti nec nos separemur abinuicem. Explo
to sermone orauit dicens. Dne ihu xpe me
diator di & hominum. qui me dignum exhibuis
ti ut uincam hoc certamen. Gratias ago.
& conlaudo & glorifico nomen patris & filii
& sps sci in secula seclorum. amen. Et cum
finisset orationem. ministri diabuli succen
derunt ignem. Magnum autem flamma
micante miraculum uidimus. quibus datum
est uidere. qui & reseruati sanius. ut adnuntie
mus ceteris ea que facta sunt. Flamma enim
in specie camere facta est. tamquam uelum na
uis a uento repletum. & circum uallauit cor
pus beati martyris. & erat non quasi corpus
ardens. sed quasi panis qui coquitur. sed enim
spu super ueniente sine afflictione erat bea
tus martyr in medio flamme. laudans & glo
rificans dm. reddidit xpo spm. v. idus novemb
adsumptum in celos. Odore uero suauissimo
repleti sumus omnes. facta est autem uox ad eum
de celis dicens. Ueni dilecte meus theodore. intra
in gaudium dni tui. quia fideliter certamini
tui cursum consummasti. Hec omnia circum
adstantes uidimus & audiuimus. sed & celos ap
tos super eum uidimus. Quedam autem mulier

Scs theodorus.
Brinca ppositus.
Scs cleonicus.
[illegible]
Eusebia matrona.
Croniades tribu
larius.

nomine eusebia nobili genere ueniens. petiit corpus
sci martyris theodori. & uino unguentisque preciosis
condens scm corpus eius. cum sindone munda inuol
uens posuit in loculum. & transtulit eum in posses
sionem suam. que distat a ciuitate amasie uia uni
us diei. in locum qui appellatur euchaita. quam
possessionem cogitauit ecclesiam facere. fecit
autem ibi domum perfectum & scificatum. & e
rat illi celebrans cottidie commemorationem
beati martyris theodori. In quo loco multi per
eum mundantur a bspritibus inmundis. & ua
riis infirmitatibus liberantur. usque in presentem
diem. ad laudem & gloriam patris & filii & sps
sci. qui uiuit & regnat nunc & semper & in se
cula seculorum. amen.

Explicit passio sci theodori martyris.

INCIPIT PASSIO BEATI MENNAE MARTYRIS MENSI NOVEMBR DIE UNDECIMO

Anno secundo imperii sui diocletianus au
gustus ad obseruandu per prouincias
uniuersas sua precepta destinauit.
quibus ita dicebat. Quo deorum
beneficia in bello & deuictis tropheum sumsimus.
uniuersos duximus admonendos. ut omnes homi
nes utriusque sexus uel relegionis. cuncti fascibus
sublimati. uel clerici ecclesiarum renunciantes
religionibus propriis. deorum. id est apollinis
diane & minerue sacrifitiis accingantur. Quod si
quisquam omnium nostra imperia uel tantu no
mina crediderit non colenda. sacrilegii reus.
iudicii nri pena plectentur. Et dum precepta
peruenirent & omnia loca mandasset & peruenis
sent in ciuitatem cotum. longe a metropoli
frigie. ubi militabat beatus mennas. occultavit se
presidi pyrro. Tunc adclamatum est. Omnes
quidem residentes uel qui in quocumque loco sunt
preceptis obaudientes. ad deorum sacrifitia apol
linis diane & minerue celebranda conueniant.
Dumque plerique concurrerent. uidens beatus uir d

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg